Leg. 1. N. 13

S. IV. 45-20

ARCHIVO HCO. PROVINCIAL DE ZARAGOZA

Pateat universis quod nos Maria dei gratia Regina Aragonum Sicilie Valen
Maioricarum Sardinie et Corsice Comitissa Barchinone Ducissa Athenarum et
Neopatrie ac etiam Comitissa Rossilionis et Ceritanie, tenore presentis
citra Revocationem aliarum procurationum per nos vobis fideli consiliario et protho
notario ac generali Receptori et administratori curie nostre Guillermo Ber
nardo de Bungada actenus factarum Constituimus et ordinamus vos eundem Gui
llermum Bernardum de Bungada presentem procuratorem nostrum certum et spe
cialem ac etiam generalem Ad petendum Recipiendum habendum et obtinen
dum pro nobis et nomine nostro possessionem corporalem ville castrorum et locorum
de Belchit d'Almonatzir dela Cuba et popule Daborton sitis in Regno Aragonum
cum eorum Jurisdictione mero et mixto Imperio Redditibus Juribus et pertinen
tiis de quibus Illustrissimus dominus Rex, vir et dominus noster carissimus nobis
venditionem fecit cum eius carta sive instrumento publico dato et acto Barchinone
vicesimo octavo die presentis mensis madii, in posse Joannis olzina dicti domini
Regis secretarii eiusque auctoritate notarii publici Et omnia et singula que ad ipsam possessio
nem pertineant faciendum procuratores, Justicias, Alcaydes, Alaminos secretarios
et alios officiales positos et ponendos cuiuscunque legis destituendum et Revocandum
et alios de novo ibi ponendum Cum illa potestate quam eis dare volueritis homa
gia et fidelitates recipiendum et absolvendum castrorum potestates habendum et
ad usum Hispanie seu domus plane prout vobis videbitur comendandum ipsaque cas
tra villas et loca Regendum et administrandum, Jurisdictionem tam civilem quam cri
minalem exercendum puniendum condempnandum absolvendum crimina et pe
nas quasvis remittendum et commitendum, peytas reddditus et Jura penas et alias res
quasvis exigendum et recipiendum, Et apocas fines diffinitiones et absolutiones ac
cessiones quovis titulo seu causa faciendum nostro nomine et firmandum vendendum
arrendandum attributandum redditus peytas et alia Jura nostra illis personis et
pro illis pretiis et rebus quibus volueritis nec non quasvis pecunie quantitates quas vo
lueritis mutuo deposito comanda et censuali mortuo usura barata et alio quovis
titulo et contractu recipiendum usque ad quantitatem sex milium florenorum auri
de Aragonum seu eorum valorem, et etiam pro illis quingentis florenis auri de aragonum
ex una parte, Et viginti quinque mille solidis Jaccensis ex parte altera quos debemus
dilecto nostro Bertrando Cosco militi et pro interesse temporum debito censuale mortuum
sive censualia mortua cum instrumento gratie ad illud forum seu rationem quo seu qua
vobis videbitur eis vel cui voluerit vendendum et carricandum ipsaque censuale
vel censualia et alia que vendideritis usque ad dictas quantitates seu pretia dictorum
sex milium quingentorum florenorum et viginti quinque mille solidorum Jaccensium et interesse
predictorum simul et separatim in uno vel diversis contractibus super dictis castris villa
et locis et super eorum Juribus ac super aliis bonis et Juribus nostris imponendum assignan
dum et assecurandum ac solutionem promittendum terminis et locis conveniendis cum et
sub illis penis pactis pactionibus promissionibus stipulationibus obligationibus Renuntiationibus
fori submissionibus salariis procuratorum cotidianis que constituere possitis Juramentis
que in animam nostram prestare possitis et aliis clausulis et cautelis quibus volueritis et
que Juris confessiones Judiciales et sententias quasvis in quibusvis curiis tam ecclesiasticis
quam secularibus dicti Regni Aragonum faciendum audiendum et suscipiendum pretia et
alias res recipiendum et recepisse confitendum, et apocam et apocas faciendum de
evictione cavendum et Juris et alia cetera bona et Jura nostra obligandum fide
Jussores mandatores et constitutores et alios obligatos tam universitates et aliamas
quam singulares personas dandum ipsorumque et ipsas indempnes servari promittendum et pro
eorum indempnitate redditus peytas et Jura nostra eis assignandum et intra manus po
nendum et obligandum cum pactis obligationibus Juramentis et aliis cautionibus et securita
tibus quibus vobis visum fuerit. Et ad predicta omnia et singula procuratorem et procuratores
substituendum et destituendum quando et quotiens vobis videbitur. Et demum omnia
alia faciendum in et super predictis et circa predicta et super dependentibus incidentibus seu
emergentibus ex eisdem quecunque ad predicta utilia fuerint et necessaria seu etiam

GOBIERNO DE ARAGON

opportuna queq nos possemus si adessemus. Etiam si talia fuerint que de iure vel de facto mandatum exigerint speciale ubi etiam maiora et graviora fuerint superius expressatis. Nos enim sup predictis omnibus et singulis cum deppendentibus incidentibus et emergentibus ex eisdem ac sup totali et universali regimine procuratione gubernatione et administratione dictorum castrorum ville et locorum ac aliorum predictorum committimus vobis et substituendis a vobis plenarie vires nostras ac liberam et generalem administrationem cum plenissima facultate promittentes vobis et a vobis substituendis ac secretario et not. nostro subscripto ut publice persone hec a nobis pro vobis ac pro aliis etiam personis omnibus quorum interest et intererit recipienti et legitime stipulanti iudicio sisti et iudicatum solvi cum suis clausulis universis, ac nos semper habere ratum et firmum quidquid per vos dictum procuratorem nostrum et substituendos a vobis in et super predictis et circa ea pro nobis et noie nostro procuratum et actum fuerit sive gestum et nunquam revocare sub bonorum nostrorum omnium ypotheca. In cuius rei testimonium presentem fieri iussimus nostro maiori sigillo impendenti munitum. Dat. et act. Barchne trigesimo die Madii Anno a nat. domini Millesimo quadringentesimo tricesimo primo.

Signum

Marie dei gratia Regine Aragon. Sicilie Valen. Maiorice Sardinie et Corsice Comitisse Barch. Ducisse Athenarum et Neopatrie ac etiam Comitisse Rossilionis et Ceritanie. Que predicta laudamus concedimus et firmamus. La Reyna

Testes ad premissa fuerunt presentes Nobilis Berengarius de Vilariacuto consiliarius et camerlengus dicte domine Regine et Jacobus de Besora milites.

Signum mei Petri de Coll als Lobet dicte Serenissime domine Regine secretarii auctoritateque Illustrissimi domini Regis Aragon. not. publici per totam terram et dominationem suam qui premissis interfui eaque de mandato eiusdem dne Regine scribi feci et clausi.

Dna Regina mandavit michi Petro de Colle al. Llobet in cuius posse firmavit.

Exemplum huiusmodi regio iussu a quodam registro serenissime dne Marie diue nominis Regine Aragonum consortis serenissimi dni Alfonsi eterni nominis Regis Aragonum comune quarto intitulato apud regium archivium Barchinone recondito sumpsi ego Anthonius Viladamor s.e Cat. ac Regie Mtis scriba et archivarius eiusque auctoritate not. publicus per totam ipsius terram et ditionem scribique feci ac veridice comprobavi. Ut igitur fides plenior adhibeatur meum quo utor in publicis clausendis iustris hic appono signum.



pa

GOBIERNO DE ARAGON